

## Band II., Nr. 500, Seite 317-318

*Kaiser Heinrich VI. bestätigt den Kauf, wodurch der Reichenauische  
Dienstmann, Ritter Berthold Maisere, dem Kloster Maulbronn ein Gut bei  
Weissach überträgt.*

Mainz, 1196. Mai 20.

Heinricus sextus, divina favente gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Volentes ut ea que locis religiosis emptionis vel donationis titulo vel alio quolibet modo proveniunt, ab ipsis viris religiosis in pace possideantur et sine querela, per hoc presens scriptum notum facimus universis imperii nostri fidelibus, quod venerabilis abbas Cŕnradus in Mulinbrunnen, de voluntate et consensu omnium monachorum suorum, quoddam predium, prediis eorum in Wisaha vicinum, pro quodam milite dicto Bertholdo Meisere pro utilitate ipsius monasterii pro octoginta duabus marcis comparavit. Quia vero ipsum predium mulieris ipsius militis fuisse dinoscitur, et cum ipse miles et uxor sua de diversis familiis esse dicantur, ipse enim miles Augensis ecclesie ministerialis existit, ipsa vero uxor eius et pueri quos ex ea genuit comitis Cŕnradi de Kaluwe et fratris eius ministeriales esse sciuntur, et ne tandem talis venditio ab uxore et filiis suis ratione dipersis<sup>a</sup> conditionis revocari posset in irritum, ipsa uxor cum filiis suis ipsum predium in manus dominorum suorum, videlicet comitis Cŕnradi de Kaluwe et fratris sui resignaverunt, et ipsi postea predictum predium sancte Marie in Mulinbrunnen sub predicta venditione contulerunt. Huius tradicionis et predicte venditionis testes sunt: comes Egono de Vraha. Eberhardus de Eberstein. Bertoldus de Stainnekke. Bertoldus Strubeche. Gumboldus de Vehingen. Reinhardus de Glatebhac<sup>1</sup>. Precibus autem et rogatu ipsius abbatis predictum contractum, licet per se stabilis sit et firmus, nos tamen ob futurorum cautelam, et ipsi monasterio propter nequitas hominum precaventes, ipsum venditionis modum ratum esse volentes, imperiali nostra auctoritate ipsum confirmamus, penam transgressoribus adicientes, ut qui predictum contractum irritare voluerit, vel qui predicte nostre confirmationis robur inviolabile temerare presumpserit, in odium sue presumptionis centum marcas puri argenti pro pena componat, media parte fisco nostro, reliqua vero predictis fratribus persolvenda. Huius autem nostre confirmationis testes sunt: Cŕnradus Maguntinus archiepiscopus, patriarcha Aquilegensis. Cŕnradus frater noster, dux Suevie. Philippus

<sup>a</sup>So liest die Urkunde fehlerhaft statt *diversae*.

<sup>1</sup>Groß- und Kleinglattbach.

## II

frater noster, dux Tuscie. Rvbertus de Durnen. Cvno de Mincenbehrc. Henricus de Kallendin. Drushardus de Spira et alii quam plures.

Actum Maguntie, anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo sexto, indictione quarta decima, vigesimo die Maii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An blasseroter Seidenschnur hängt das runde kaiserliche Majestätssiegel aus braunem Wachs. Es ist dasselbe wie an den früheren Urkunden, nur ist die Querschrift REX rechts, und SIC*i*L*e* links vom Thron hinzugefügt, auf dem der Kaiser im Krönungsschmuck sitzt.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

H 51 U 25

**Regesten:**

THEODOR TOECHE: Kaiser Heinrich VI., Leipzig 1867 (Jahrbücher der deutschen Geschichte, 16). [Zuvor lat.: De Henrico VI. Romanorum imperatore, Normannorum regnum sibi vindicante, Berlin 1860], Nr. 406. Stumpf-Brentano: Reichskanzler, Bd. 2, Nr. 4994. Regesta Imperii Abt. 4, Bd. 3,1, S. 207, Nr. 509.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Mainz

**Ortsindex:**

Aquileia, Friaul-Julisch Venetien, Italien

Bad Urach Wohnplatz (15999)

Bad Urach, RT

Calw Wohnplatz (6981)

Calw, CW

Großlattbach Wohnplatz (7062)

Großlattbach, Mühlacker, PF

Kalden, Altusried, OA, W

Kleinglattbach Wohnplatz (1118)

Kleinglattbach, Vaihingen an der Enz, LB

Mainz, MZ

Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF

## IV

Münzenberg, FB

Reichenau Wohnplatz (14588)

Reichenau, KN

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)

Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD

Speyer, SP

Steinegg Wohnplatz (7088)

Steinegg, Neuhausen, PF

Vödingen Wüstung (21729)

Vödingen, Schwieberdingen, LB, W

Walldürn Wohnplatz (6198)

Walldürn, MOS

Weissach Wohnplatz (275)

Weissach, BB